maria mater omnis gracie et misericordie
materne me in omni vita custodi. In ho-
ra mortis mee custodi me misericorditer.
O dulcis mater ista est hora propter quaz
omnibus vite mee diebus intendo tibi de-
seruire. Hec est enim ista horrenda hora
propter quam cor durum ⁊ aīa exterrētur.

Tunc eñ sez in mortis hora finis est orationis meritorie atqz inuocationis. Nam et tunc scire non possum miser homo ad quē me conuertere debeo. Ideo o misericordie immensa profunditas ego cado hodie ante pedes tue clemētie petens intimis gemitibus cordis mei. vt tunc dignus efficiar iocunde penitentie tue. O mater dei quē eñ potest ille erubescere aut quō aliquid ei potest nocere quē tu purissima mater ī tua protectione vis custodire. o perpetua psolatio defende me a terribilib⁹ facie bus demonū et ab eorū intuitu sis mihi protectrix ⁊ etiā tūc me custodi ab hostiū manibus incrudeliū. a tunc meus miserabilis gemitus a te perpetue cōsoletur. Tunc etiā virtus mea mortalis oculis misericordie tue misericoditer inspiciatur. large tūe manus ad me extēdātur ⁊ mihi exhibeantur. Mea anxia ⁊ peregrina aīa a te tūc suscipiatur ⁊ cū roseo tuo vultu ante conspectum sublimis iudicis perducatur et in eterna felicitate confirmetur Amen.

Capitulum nonum. Pater nr̄. Aue ma.

O Carissime primogenite ⁊ vnice eterni patris nate. Cor meū admonet te sicut tu in hora passionis in sancta cruce super omnes exteriores afflictiones amare mortis etiam intus fuisti derelictus ab omni consolatione et dulcedine. Tu habuisti ad patrem tuū celestē flebilem clamorem. Tua tū voluntate cū celestis patris voluntate plena concordasti. O dñe tu sitiuisti p̄ vera corpis ariditate. Tu etiam pre nimio amore spiritualiter sitiuisti Tu amare ī cruce fuisti potatus. Et qū omnis tua passio ꝓpleta fuit dixisti Cōsumatū est. Tunc factus es deo patri obediens vsq̄ ad mortez. Tu spūm tuū in manus patris cōmēdasti. Et tunc separata fuit nobilis tua aīa a diuīo corpe tuo in mortis amaritudīe. O dñe ihū xpe dulcissime in vera caritate ⁊ desiderio peto vt in oībus mihi passionibus assistas misericorditer et tuas aures paternas ad meū omni tempore clamorem aperias.

et mihi per tuam voluntatem patris cele-
stis voluntati concordem ac conformē om
nia necessaria ⁊ vtilia concedas. O dñe ex-
tingue in me omnem sitim tpaliū terū. da
mihi sitim spūaliū bonoꝝ. O dñe tua ama
ra pocio conuertat oēs aduersitates meas
in dulcedinem. Da mihi vt rectis sensibus
in bonis opibus vsqꝫ in finem te custodien
te pseuerem ⁊ a tua obedientia nunq̄ me si
nas declinare. O eterna sapientia spiritus
meus hodie in manus tuas sit cōmēdatus
ita q̄ in vltimo suo a corpe recessu a te io-
cunde suscipiatur. O dñe da mihi vitā que
tibi placeat. mortem que a te disponatur.
finem qui a te securetur. O dñe tua amara
mors supplcat hodie impfectionem ⁊ pau-
citatem bonorū. operū meorū. Et ī vltima
hora culpa ⁊ pena plenarie mihi dimittan
tur p te dñe deus meus Amen.

Capitulū decimū. Pater nr. Aue maria

O Dulcis dñe memento quādo acuta ⁊
dira lancea diuinum tuum latus per
forauit. Et quomō roseus sanguis exiuit. et

viua aqua efluxit. O mi domine q̃ laboriose me liberasti. Et q̃ liberaliter me redemisti. O clementissime domine tua profunda vulnera custodiant me ab omnibus hostibus meis. Tua aqua viua purget me plene ab omnibus peccatis meis. tuus sanguis roseus ornet me omnibus gracijs et virtutibus. tua liberatio et meritum liget me ad te et te mihi copulet in perpetuum. tua liberalis redemptio eternaliter me tibi conformet.

Capitulũ vndecimũ Pater nr̃. Aue ma.

O Electa consolatio omnium peccatorum dulcis regina celorum sis hodie admonita vt sicut tu infra sanctam stetisti crucem et tuus dilectus filius fuit mortuus Et sic ante te pependit in cruce quomodo tu flebiles habuisti aspectus sursum ad filium tuum. Quam maternaliter sua brachia a te sunt suscepta. Cum qua fide et amore in tuã faciem sanguinolentẽ fuit impressus Sua vulnera recẽcia. Sua pallida

facies a te fuit osculata. Quā multa mortalia vulnera tunc cor tuū concepit. Q̃ multiplices immensus gemitus emisisti. Quam plures amare lacrime flebiliter ex oculis tuis profluxerūt. Tua flebilia verba fuerūt cōpassione et querelis plena. Tua amena speciositas fuit dolorosa ⁊ cor tuū flebile a nullo hoīe ꝓsolationem recepit. O nobilis regina et virgo decora tu sis admonita hodie vt tocius vite nr̄e sis firma custos ⁊ fidelis defensatrix. Conuerte ad me omnipte oculos tue misericordie. Suscipe me in omnibus causis maternaliter. Custodi me ab oībus hostibus meis sub delicatis brachijs tuis fideliter. Tua osculatio profundorū xp̄i vulnerū sit mihi erga eū amicabilis reconciliatio. Tui cordis amara vulnera generet in me cōtritionem veram peccatorū. tui deuoti gemit⁹ perducāt me ad boni ꝓpositi stabilitatem. tue amare lacrime emolliāt duriciā cordis mei. Tua querulosa ⁊ flebilia verba deleāt oēs gestus meos inordinatos et verba inutilia ac opa mala

Tui dolorosi gestus abiciāt a me omnem inhonestatem ⁊ viciū. et tuū cor inconsolabile sit mihi omnis amoris transitorij plenus contemptus Amen.

Capitulū duodecimū. Pater nr̄. Aue ma.

O Amene conditor eterne lucis quō nūc in hoc aspectu sicut nunc aīa mea in frā crucem in sinu dolorose matris tue cum compassione ⁊ graciarū actione te amplexatur est tam totaliter extinctus extingue in me desiderium oīm viciorū. O purū ⁊ clarum speculū diuīe maiestatis quō es ꝓpter me ex amore maculatū purga in me omīa mea magna delicta. O clare lucis figura paterne bonitatis quō ꝓpter me es deformata reduc puritatem ymaginis aīe mee in peccatis deturpate. O agne dei innocēs sicut ꝓpter me tam miserabiliter tractabaris. Sic emēda ⁊ satisfac pro mea vita peccatrice. O rex regū ⁊ dñe dñantiū concede mihi vt nunc sicut aīa mea te amplexatur dolorose ⁊ compassiue in tua abiectione ꝙ ita a te amplexatur cum gaudio in eterna

claritate Amen.

Capitulum tredecimum ad beatam virginem Pater noster. Aue maria.

O Dulcissima ⁊ purissima virgo maria dei mater alma sis hodie admonita istius querulosi doloris quem habuisti qñ tuū moriuū filiū a te ad sepeliendū abstulerunt. Istius miserabilis separationis. Istius flebilis a filio tuo recessus. Istius anxietatis cordis tui quā tunc habuisti. Et istius fidelis perseuerantie quā tu sola ei in omnibus necessitatib⁹ semp exhibuisti donec in sepulcrū poneretur. Nunc ergo o gloriosa virgo maria impetra mihi a dilecto filio tuo ꝙ ego in tuo dolore ⁊ ī filij tui passione vincere possim omnes meos dolores et passiones. et ꝙ ego in sepulcro secum includar in omni temporali defectu. Et ꝙ totus iste mundus sit mihi exilium. et vt ego post xp̄m feram immensum dolorem. et in sua laude ⁊ ī tuo seruicio perseuerāter vsq̄ in finem permaneam Amen.

Oratio beati Ambrosij de passione dñi.

O mīe ihū xp̄e fili dei viui creator
⁊ resuscitator hūani generis gr̄as ti
bi referim⁹ īmēsas licz indignas. ꝫ
deuotas vtinā ⁊ grates qr ꝓ nobis miseris
pctōrib⁹ de celis descēdisti ⁊ de beatissima
maria v̄gīe carnē assumpsisti de ip̄a q̄z na
sci voluisti. infantilesq̄z necessitates sustinu
isti. pānis fuisti inuolut⁹. in p̄sepio positus
vberib⁹ lactat⁹. carne circūcisus. magis ma
nifestat⁹. in tēplū pñtat⁹ in egiptū relegat⁹
ad pr̄iaz reportat⁹ parētibus subdit⁹. a io-
hāne baptizat⁹. quadragenario ieiunio at-
tenuat⁹. a dyabolo temptat⁹. itinerib⁹ fati
gatus. vigilijs fame ⁊ siti macerat⁹. p̄dicā-
do disputādo lassat⁹. cōpaciendo lacrima
tus. a iudeis reprobat⁹. ⁊ ab eisdē sepius in
iuriat⁹. Instāte vero passione voluisti cō-
tristari ⁊ mestus esse vt verus homo paue-
re simul ⁊ tedere. positis genibus ter in faci
em ꝓcidere. factus ī agonia guttas sangui
neas emittere pro sudore. A iuda deniq̄z

fuisti traditus. ⁊ ab ipo fraudulenter oscu-
latus. ab impijs cū impetu comprehensus
vinculis quasi latro ligatus. Solus ꝓphe-
tico ore derelictus discipulis metu fugienti
bus. Ad pontificē annam adducto. Ibidē
alaphis pcussus. missus ab ipo ad cayphā
vinctus. ibidem multipliciter derisus. in cō
cilio iudeorū statutus. ibidem per falsos te
stes mendaciter accusato. morte turpissima
condempnatus. Sputis facie contamina-
tus. obprobrijs lacessitus. cōtumelijs affe-
ctus. facie velatus. colaphis cesus. palmis
iterū percussus. multimode ac varijs iniu-
rijs blasphematus. vinctus pylato tradito
ad mortem instāter accusatus. herodi a py
lato missus. ibi nihilominus crimīatus. ab
herode ⁊ exercitu suo spretus indutus alba
veste. ad pylatū remissus. Nudus ad calū
nam iussu pylati ligatus et vsq; ad sangui
nem atrociter flagellatus. ab eodem morti
adiudicatus. ad crucifigendum militibus
traditus. A quibus iterū exutus veste purpurea
indutus. corona spinea es coronatus. arūdie

pro sceptro irridēdo insignitus genu flexo
derisorie salutatus. Irridenter rex iudeorū
noīat⁹. Tercio alaphis cesus iterū facie cō/
sputus harūdine in capite percussus. veste
purpurea exut⁹. veste ꝓpria indutus. ligno
crucis oneratus. ad passionis locū cū latro
nibus adductus. Ibi mirrato vino cū felle
potatus. vestibus ꝓpriis tercio exut⁹. in cru
ce denuō extensus. clauis manibus et pedi/
bus transfixus Et inter latrones crucifixus
et cū sceleratis reputatus. In cruce extēsus
et eleuatus. intuendo matrē dilectā doloro
sam cōmendans discipulo eidez cōpassus
A pretereūtibus quoqz ⁊ astātibus pendēs
in cruce denuo blasphematus. Clamās vt
quid me dereliquisti deus. Tandem siciens
aceto es potatus. inclinato capite in man⁹
patris spūm cōmendans. mortuus. lancea
latere perforatus. vnde sanguis exiuit quo
redempti sumus et aqua baptismatis qua
renouati. Sero de cruce deposit⁹. a matre
⁊ aliis mulieribus planctus. in monumēto
a ioseph sepultus. Resurgēs aūt tercia die

amicis tuis apparuisti. quadragesimo die celos ascēdisti. ad dexterā patris collocat⁹. ꝓmissum spūm misisti. Demū ad iudiciuz ventur⁹ singulis bonū vel malū ꝓ meritis redditur⁹. Per hec ergo que cōmemoram⁹ ⁊ que ꝑ singula frequētando hūiliter recolimus. ⁊ ꝑ sanctā dilectionē qua diligis beatissimā mariā matrē tuā ⁊ oēm hūanam creaturā a te factā. ⁊ ꝑ caritatem singularē qua mater tua te diligit sup cuncta. ⁊ ꝑ preces triūphātis ecclesie. ⁊ per illa oīa que de te pie credim⁹ ⁊ credere debemus indubitata fide. Te dn̄e suppliciter exoramus ⁊ deuota mente attētius obsecramus. vt sicut vere credimus hec te pacienter sustinuisse ꝓ nobis. sic ꝑ gr̄az tuam nostri sp̄ misereri digneris ⁊ nobis oībus affectū tribuas et facultatē tollendi crucē hilariter ad nostram salutē. ⁊ sic cursum vite nostre ad tuā volūtatē disponas. ⁊ ad optimū finem nos salubriter disponēdo ꝑducas. vt post mortē cicius a penis misericorditer erepti suscipiamur ad eternā gl̄iaz regni tui. dieqꝫ vltimo

inter electos tuos cõmuniemur ⁊ ad celestẽ
pr̃iaz cũ eisdẽ ꝑducamur ꝑ te dñe ihũ xp̃e q̇
cũ pr̃e ⁊ spũ sancto viuis et regnas deus ꝑ
oĩa secula seculorũ Amen

Oratio de octo v̇sib⁹ illũina oculos meos

O Omine ihesu criste qui es lux vera
et candor lucis eterne et causa om
nis lucis Illumina oculos meos
cordis ⁊ corꝑis precipue aũt oculos mẽtis.
vt videãt te ⁊ tuam volũtatẽ. Illũina ocu/
los cordis mei ⁊ in eis ignem tui amoris ac
cẽde vt luceat ⁊ ardeat. luceat ad cognoscẽ/
dũ quid sit tibi placitũ omni tꝑe et ardeat
ad diligendũ te veraciter fortiter ⁊ ardẽter
suꝑ oĩa atq; ad tuã faciendaz voluntatem.
Hoc fac dñe et lumen tuũ in corde meo ac/
cẽde ne vnq̃. id est ne vllo tempore obdor/
miam in mortem peccati in mortem peri/
culose ignorãtie. in mortem malicie iniqui/
tatis et nequicie. Sed pocius vt vigilem
in sanctitate semper et in vera puritate

et tibi placeam omni tpe. Custodi me dñe
ne dormiam in sompno peccati. neqñ. i. ne
aliqñ dicat inimicus meus dyabolus pua-
lui aduersus eñ. id est ne ptra me glorietur
de victoria. ⁊ ne ptra te erigatur in supbia
cñ me vicerit. quia hoc in tuã redũdaret cõ
tumeliã Nam tibi imperaret inimicus
meus qñ me vinceret. ⁊ supbiret et diceret.
Ecce quem deus custodire voluit ego vici
⁊ fortior deo fui. absit dñe ne hoc cogitare
possit supbiendo cõtra te. Ideo illumina
oculos meos ⁊ custodi me ne inimicus pre
ualeat mihi. ego eñ in manus tuas. id est i
tuam potẽtiã ⁊ in manus virtutis ⁊ fortitu
dinis tue cõmendo spiritũ meũ. vt tu eum
custodias a consensu peccati. vt custodias
spũm meũ ne dyabolus vincat eñ. et vtiq;
hoc facere te decet. tu eñ redemisti me dñe
deꝰ veritatis. Ideo custodire debes qõ re-
demisti. Non auro aut argento sed sangui
ne tuo precioso. Tu es deus veritatis. Ido
rogo te vt custodiendo me inueniaris ve-
rax. qr ad te clamo ⁊ tibi meipm cõmendo

Ideo me custodi sicut promisisti. et libera me quia dixisti. Inuoca me in die tribulationis. ego aūt dñe licet multū psoler ī tua custodia. ⁊ in cōmendatiōe spūs mei ī manus tuas tū libentius te viderem in gloria quia tediū habeo in hac miseria. Ideo locutus sum ī lingua mea. lingua cordis ⁊ etiam corpis ⁊ dixi. Notū fac mihi finē meū. scz qū transire de hoc debeo seculo. vt hoc sciens possim me ad exitū prepare diligentius. ⁊ fac me scire numerū dierū meorū qui est ⁊ quot sint adhuc vt sciaz ⁊ scire possim quid desit mihi. scz defectus meos ⁊ peccata cogitando et seriosius satisfaciendo. Et etiā notū fac mihi finem meū. id est te ipm qui es finis meus. finis inq̄ non definitionis ꝗ cōsumationis ⁊ pfectionis. Et fac me scire numer dierū meorū qui est. scz eternaliter qui semp est ⁊ nunq̄ trāsit. erige mentem meam ad eternitatē tuā que semp habet esse principaliter vt sic sciam quid desit mihi. quia in cognitione eternitatis amplius pficio in cognitione mei. sicut enim

radius solis intrans fenestram facit videre
actanalia corpa que extra radiū solis non
videntur sic lux tua et cognicio eternitatis
mēti illapsa facit minima in ea videre pec
cata. Et sic fac mecū signū in bonū. signum
crucis pone in fronte aīe mee. ⁊ etiā signuz
salutis qd ē gra ⁊ caritas. his enī signis co
gnoscūtur ⁊ signanť oues tui. Et cognoscū
tur atqz distinguūtur a reprobis. hec enim
sunt signa amicicie tue. hoc signū fac mecū
in bono vt videāt inimici mei qui me ode
runt ⁊ cōfundātur scz dyaboli qui me sem
per odiūt ⁊ tūc sciant quia tu dñe adiuuisti
me in hoc signo ⁊ cōsolatus es me vera cō
solatione scz in remissione p̄eccati ⁊ in gra
cie infusione. vt valeā dicere Dirupisti vin
cula mea. id est meorū peccatorū. ideo tibi
sacrificabo hostiam laudis. scilicet meipm
et omnia bona opera mea ⁊ etiam hostiaz
sacri altaris. Et in his omnibus dominum
inuocabo vt me adiuuet ⁊ ad gloriam no
minis sui hec faciam. O domine iheſu cri
ste da mihi graciam tuam et auge eam in

me vt cõtinue in ea crescã ⁊ ꝓ peccatis me
is in hac vita satisfaciam et securus in fine
vite dicere valeam humili ad te confiden-
tia. O domine tu dirupisti vincula mea de
leuisti peccata mea et nunc dirumpes vin-
cula mortalitatis et vincula quibus liga-
tur anima in corpore. et ideo tibi sacrifica-
bo hostiam laudis scilicet meipsum scilicꝫ
libenter moriendo scdm tuam voluntatez.
Et nomen domini inuocabo. vt me adiu-
uet ad veram salutem et contra inimicos
meos. Ecce mortem fugere nõ possum nec
hostes meos ex me quia perijt fuga scilicet
predictorum scilicet mortis et hostium a
me et non est qui requirat animam meam
scilicet in salutem aut vt euadam mortem
aut hostes meos. Ideo clamaui ex omni-
bus viribus meis ad te domine dixi tu es
spes mea. Quia per te confido euadere om
nia mala tu es spes mea et fortitudo mea
et porcio mea in terra viuentium. Quia te
domine ihesu criste habere desidero et te
eligo volũtarie scdm directionẽ gracie tue

in porcionē hereditatis mee in terra viuen
ciū. Non eī quero felicitatē ⁊ porcionem
hereditatis in terra morientiū. ſ̄ in terra vi
uentiū vbi nulla eſt mors. nullus luctꝰ nul/
lus dolor. ibi quero felicitatē ⁊ ſummū bo/
nū. Et ꝓpter hoc acquirēdum oīa nūc ago
bona et ſuſtineo pacienter mala o dñe. Et
te deſidero habere in pñti vita et futura. et
ſemp tibi adhercre. ideo adiuua me tua mi
ſericordia ⁊ clemētia. Libera me ab oībus
hoſtibus viſibilibus ⁊ inuiſibilibꝰ. ⁊ fac me
ſecure ad te peuenire in regnū tuū. Vt te ibi
cū patre ⁊ ſpū ſancto videam ⁊ poſſideam
⁊ de te ſemp gaudeam. Et q̄ dixiſti Hec eſt
vita eterna vt cognoſcāt te verū deū ⁊ quē
miſiſti ihesum xp̄m Amen.

Oratio ad miſſam dicenda.

Gracias ago tibi dñe ſancte pater
omnipotēs deus rex celi et terre ꝑ
vniuerſis beneficijs tuis mihi mi/
ſerrimo pctore totiq̄ mūdo et oībꝰ ſanctis

tuis exhibitis. et precor te p intercessionem
⁊ merita sanctissime virginis marie ac om
niũ sanctorũ tuorũ et sanctarũ tuarũ. ⁊ pro
pter magnã misericordiã tuaz participem
fac me miserũ pctõrez ⁊ oẽs xpianos viuos
siue defunctos hui⁹ misse orationũ ac om/
niũ aliarũ missarũ et orationũ que tibi ho/
die ab omnibus fidelibus tuis in vniuerso
orbe terrarũ dicte sunt siue dicũtur tibi ad
laudem et beatissime marie virgini omib⁹
sanctis tuis ad honorẽ. mihi aũt ⁊ oibus fi
delibus xpianis ad salutẽ aiabusq; oib⁹ fi/
deliũ defunctorũ ad requiem sempiternaz.
⁊ p illa sacrosancta misteria sanctissimi cor
poris ⁊ sanguinis dñi nostri ihũ xpi nos di
gneris absoluere ab omni vinculo anathe
matis ⁊ ab oibus piculis ⁊ iminẽtib⁹ vicijs
nos a pctis exuendo sanctisq; virtutibus ⁊
bonis opibus moribusq; armãdo. Cõcede
nobis dñe spacũ bñ viuendi ac verã ⁊ fru
ctuosaz penitentiã ⁊ emẽdationẽ vite. Lar/
gire nobis dñe cõtra spũm supbie blasphe
mie fornicationis inuidie tristicie accidie

desperationis ⁊ omnes insidias inimici fir
mam custodiam cũ recta fide spe firma ca
ritate ꝑfecta et castitatem cum humilitate
firma. obedientiam ⁊ pacientiã ⁊ oĩm tem/
ptationũ ac tribulationũ liberationez nũc
⁊ in fine vite mee da mihi dñe contritionẽ
veram. cõfessionẽ purã. plenã satisfactionẽ
sanctissimi corꝑis ⁊ sanguĩs dñi nostri ihũ
xp̃i ꝑceptionẽ promptam loquelã plenam
rationẽ vsq̃ ad vltimã expectationẽ Amẽ.

Oratio ante eleuationem

Domine ihũ criste pater sancte in hac
hora sanctissima qua offert̃ añ ꝯspe/
ctum diuĩe maiestatis tue hostia sacratissi
ma preciosi corꝑis ⁊ sanguĩs tui. memento
mei miseri pctõris ⁊ indigni famuli tui. N.
atq̃ huius sacerdotis. N. Et oĩm sacerdo/
tum ꝑ totum orbem katholicum corpus et
sanguinem tuũ tractãtium. Fac me hodie
esse participem omnium missarum que in
ecclesia sancta katholica ꝑ diuinam clemẽ/

tiam peraguntur. indulge mihi peccatori omnia peccata mea meq; pro tui sanctissimi nomīs gloria eterna misericordia nūq̄z facias separi. quod et ip̄e prestare digneris qui viuis et regnas deus per omnia secula seculorum Amen.

Oratio ad eleuationem.

O Dn̄e ihesu xp̄e fili dei viui qui hanc sacratissimā carnem ⁊ hūc preciosissimū sanguinē de gloriosissime virginis matris tue marie vtero assumpsisti. Et eundē sanguinem de sacratissimo latere tuo ī ara crucis pro salute nostra effudisti. Et in hac gloriosa carne a mortuis resurrexisti et ad celos ascendisti. Et iterum venturus es in eadem carne iudicare viuos ⁊ mortuos. libera nos quesum⁹ dn̄e p̄ hoc sacratissimū corpus tuum quod modo in altari tuo tractatur ab omnibus īmūdiciis et periculis mentis corp̄is et aīe et ab omnibus malis preteritis p̄ntibus ⁊ futuris Amen

Cōmendatio bona de mane ⁊ sero dicēda

DE tibi cōmendo semp deus alme petendo vt me pausantē ꝯserues ⁊ vigilantē me tibi virgo pia sp cōmendo maria tu mihi saluatrix sis sp auxiliatrix. Angele qui meus es custus pietate supna. Me tibi cōmissum salua defende guberna. Vt valeam tecū celi penetrare supna. Bn̄dictione celesti bn̄dicat ⁊ custodiat nos diuīa maiestas ⁊ vna deitas. pater ⁊ filius ⁊ spūs sanctus ⁊ beatissima virgo maria p sua materna viscera expādat sup me crucē filij sui bn̄dictā. ⁊ aspsio sanguīs eius custodiat corp⁹ ⁊ aiaz meā in vitā eternā Amen.

O Bone ihū sis mihi hodie prim⁹ ī corde. primus in ore. medius ⁊ vltimus ī verbis ⁊ factis ⁊ ope. vt sciam q̄ dulcis ⁊ cognoscam q̄ mitis ⁊ misericors sis saluator mūdi deus meus ihesu fili marie ꝓ me crucifixe. sis bn̄dictus ⁊ p titulū tuū triūphalē Jhūs nazaren⁹ rex iudeorū. bn̄dic me miserū pctōrem ⁊ custodi me nūc ⁊ semper ab

omnibus peccatis ⁊ ab omnibus ĩminenti
bus humanis ꝑiculis ⁊ in horrēda mortis
hora ab oĩbus demonũ incursibus miseri-
corditer me defende. ⁊ in die iudicij a penis
ihehennalibus me potenter erue. qui cum
deo patre ⁊ spũ sctõ viuis ac regnas ⁊c̃.

Alia cõmendatio.

O Dñe ihũ xp̃e ꝓpter sanctissimã passi-
onẽ tuã de exilio ad pr̃iam de labore
ad requiem de merore ad ꝯsolationẽ tue vi
sionis ꝑuenire cõcedas. Ego miser pctõr et
indignus cõmẽdo me tibi pater dñe deus
oĩpotẽs in man⁹ tuas sanctissimas. in ip̃a
fide qua ꝓ nobis moriturus es ĩ crucis pa
tibulo. ⁊ aĩaꝫ tuã sanctissimã ꝯmendasti in
manus patris tui dicens. In manus tuas
dñe cõmendo spũm meũ. Et ĩ ip̃a fide qua
pro nobis pendens in cruce matrẽ discipu
lo tuo carissimo cõmendasti. Et in ip̃a fide
qua iacob filiũ suũ ioseph. ⁊ thobias filiuꝫ
suũ ꝑegrinãtẽ cũ angelo tuo feliciter cõmẽ
dauerũt. Cõmendo etiam me dñe ihũ xp̃e
tuis quinqꝫ vulneribus ⁊ sanguini tuo pro

nobis effuso in crucis patibulo cõmendo
me hodie o beatissima virgo maria in tuã
protectionem cõtra hostes meos visibiles
⁊ invisibiles qui cogitãt mihi mala. In ea
fide qua te dñs discipulo suo cõmendavit
per Isayam dicentem. Apud te ꝓfugi he-
reditabunt. cõmendo me hodie tibi sancte
Johãnes evãgelista in ea fide qua te dñs
matri sue cõmendavit. Cõmendo me totũ
in suffragia oũm bonorum sanctorum mul
tãtiũ in ecclesia dei sancta. Dñs noster ihe
sus cristus dignetur me hodie bñdicere bñ
dictione qua in celũ ascendit ⁊ multis astã
tibus ⁊ videntibus bñdixit. Bñdicat me pa
ter qui me creavit. Bñdicat me filius qui ꝓ
me passus est. Bñdicat me spus sctus qui
in me fusus est. Bñdicãt me angeli ⁊ archã
geli principatus ⁊ potestates. Bñdicãt me
novem chori regni celestis. bñdicãt me vir
tutes celorũ troni dñationes. benedicãt me
viginti quatuor seniores qui sub trono dei
sunt. bñdicãt me patriarche et prophete et
omnes apostoli cristi. benedicant me mar

tires et confessores cristi. Benedicant me monachi et virgines cristi. Et omnis benedictio que in sacris scripturis scripta est veniat super me. Benedicat me deus pater ⁊ sanat me ⁊ corpus meum custodiat. animā meam saluet. cor meū illuminat. sensus meos irradiat ⁊ ad vitā eternā pducat Amē.

Adoramus te xpe et benedicimus tibi.
Quia p crucē tuam redemisti mundū.

O mine ihesu xpe fili dei viui qui cōseruasti virginitatē gloriosissime tue matris virginis marie. Conserua me indignum famulum tuum. N. hodie ⁊ cottidie ab omni malo. ab omni peccato seu periculo a scādalis ⁊ a qualicūq; aduersitate huius mundi. A peste epidimie. a morbo malo. a morte perpetua. a subitanea ⁊ repentina morte. a carnali concupiscentia. a seui hostis resistentia. Et fac me perfrui speculo sancte trinitatis ihesu criste qui venturus es iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem Amen.

Oratio sancti Jeronimi quam iacens in nuda terra agonem mortis expectando cũ summa cordis deuotione decãtauit. vt scribit Eusebius ad Augustinum.

O Je ihesu virtus mea. refugiũ meũ susceptor meus et liberator meus laus mea. in quem speraui. credidi et dilexi. Sũma dulcedo. turris fortitudĩs. spes mea a iuuẽtute mea. Voca me dux vite mee ⁊ ego respondebo tibi. Operi manuum tuarũ qđ tu de limo terre creator oĩm formasti. qđ ossibus ⁊ neruis cõpegisti. cui vitam ⁊ misericordiã moriens tribuisti. tue clemẽtie porrige dexterã. Jube dñe ne moreris. quia tempus est vt puluis in puluerẽ reuertat̃. et spũs redeat ad te saluatorẽ qui huc misisti illũ. Aperi illi ianuam vite. Nãdum pro me in ligno crucis tanq̃ latro pependisti tu promisisti mihi ꝙ eum recipes Veni dilecte mi teneam te nec dimittam. introduc me in domum tuam. tu susceptor me⁹ es. et gloria mea. et exaltãs caput meũ

Salus mea et benedictio mea. suscipe me
misericorde deus scōm multitudinē misera-
tionū tuarū. Nam latronē ad te currentez
in cruce moriens suscepisti. Possideā te be-
atitudo sempiterna. Cecū secus viam cla-
mantē. miserere mei fili dauid lumine tue
tue visitationis eterne illumina. O lux in-
uisibilis q̄ carens Thobias clamauit. Qua
le mihi gaudiū cū in tenebris sedeo ⁊ lumē
celi non video. O lux sine qua non est ver-
tas. non est discretio. nō sapientia. nō boni
tas. Illumīa oculos meos ne vnq̄ obdor-
miā in morte. neqn̄ dicat inimicus meus p̄
ualui aduersus eū. Tedet aīam meam vite
mee. loquar in amaritudine aīe mee. Egro
tus sum. infirmatus est in paupertate virt'
mea. ossa mea sicut in frixorio cōfrixa sunt.
⁊ ideo ad te curro medicū. Sana me dñe ⁊
sanabor. saluū me fac et saluus ero. Et qm̄
in te confido non erubescam. Aut quis ego
sum pīissime deus. qui tā audenter loquor
ad te. Peccator sum in peccatis tot' genit'
et educatus sum. Cadauer putridum vas

fetidum.esca vermium. Heu mihi dñe par
ce mihi. Que victoria si pugnando mecū
vinceres me.qui sum vnic⁹ et paup.q̄si sti
pula ante faciem vēti. Dimitte omnia pec
cata mea et erige de stercore pauperē. Cer
te domine si placet dicam.non debes me
ad te currentem fugare quia tu es deus me
us.caro tua de carne mea.et ossa tua de os/
sibus meis. Propter hoc nāq̄ non derelin/
ques patris dexteram. Adiecisti me huma
nitati tue factus homo.et deus quod prius
eras permanes in vna eadēq̄ persona. Et
quare tā arduū et inopinabile perpetrasti.
nisi vt ꝓfidenter ad te currerē tanq̄ ad fra/
trē.ꝛ vt tuā misericorditer ꝓdonares diuīta
tem. Quapropter exurge adiuua me dñe.
exurge et ne repellas in finem. Sicut ceru⁹
desiderat ad fontes aquarū ita siciens ani/
ma mea ad fontem viuum.petit te vt hau
riat aquas viuas in gaudio de fontib⁹ sal/
uatoris ne siciat amplius.quando veniet ꝛ
apparebit ante faciem tuam. Domine mi
quando respiciens restitues animam meā

a maleficijs eorũ. ⁊ a leonibus vnicã meam.
Vtinam appenderent peccata mea quibus
irã merui. ⁊ calamitas tua quã pro me pas
sus es dñe mi iheſu in ſtatera quaſi arena
maris hec grauior apparebit. Vnde ⁊ ſi am
plius expectas. tribulationem inueniam et
dolorem. Veni gaudiũ ſpũs mei vt delecte
tur in te. Reuela mihi viam tuã leticia cor
dis mei. Inueniat te deſideriũ meũ. Sicut
ſeruus preſtolatur finem operis ſui. ſic ⁊ ego
expecto te. Intret poſtulatio mea in ꝓſpe
ctu tuo dñe. vt fiat manus tua vt ſaluũ me
faciat. Ecce virũ deſcendentẽ de iherichо q̃
captus ⁊ vulneratus a latronibus ſemiui
uus relictus ſum Tu pie ſamaritane recipe
me. Peccaui nimis in vita mea et malũ co
ram te feci. non te cognoui. Ingratꝰ fui tot
biũficiorũ tuorũ. non vt decebat te laudaui
forte multociens veritatẽ tacui ĩ corde meo
Cũ pulſabas ad hoſtium cordis mei piger
fui vt te recipere reuertentẽ. Corpus putri
diũ velud vmbra declinaturũ nimio dilexi
affectu. verbis vanis os inquinaui. Mens

mea non fuit semp in testimonio legis tue.
Nō auerti oculos meos q̄n aliq̄n viderēt
vanitatem. Aures meos aliq̄n verbis inuti
libus inclinaui. Man⁹ meas ad ꝓximi ne
cessitatem non extendi. Pedibus ad iniqui
tatem cucurri. Quid plura dicam. A plan-
ta pedis vsq̄ ad verticem non est in me sa
nitas. certe nisi in ligno crucis moriens me
admisisses digna erat habitare in inferno
aīa mea. Ego pie Jhesu sum pars tāti precij
ꝓ me fudisti sanguinē tuū preciosum. non
me refutes. Ego sum ouis que errauit ī via
require eam bone pastor ⁊ appone eā ouili
tuo. vt iustificeris in sermonibus tuis. Nā
promisisti mihi ꝙ quacūq̄ hora peccator
ingemuerit saluus erit. Dolens factus sum
iniquitates meas cognosco. et delicta mea
coram me sunt. Vere non sum dignus vo-
cari filius tuus. quia peccaui in celū ⁊ corā
te. Auditui meo dabis gaudium ⁊ leticiaz.
Auerte faciem tuā a peccatis meis dele ini-
quitates meas scd̄m magnā misericordiaz
tuam. Ne ꝓicias me a facie tua. non scd̄m

peccata mea facias mihi. sed adiuua me deus salutaris meus. ⁊ ꝓter honorem nominis tui libera me. Benigne fac in bona voluntate tua vt inhabitem in domo tua omnibus diebus vite mee. vt ī seculū seculi cū inhabitantibus in ea laudem te. Surge ꝓpera sponse dulcissime aīe mee. et noli considerare q̃ fusca sit et nigra peccatis. O stēde illi faciem tuā. sonet vox tua in auribus suis. vox tua dulcis et facies tua decora. ne auertas eam a me. et ne declines in hac hora angusta a seruo tuo. Ne tradas me in animas persequentium me. expecto te domine. Credo videre bona domini in terra viuentium. Veni ergo dilecte mi. veni egrediamur in agrum. videamus si floruissent vinee. conuerte planctum meum in gaudium mihi. Inclina aurem tuam ad me. accelera vt de hac lacrimarum ⁊ miseriarum valle eripias me.

Hec vt finiuit ⁊ quidam fratrum ad mādatum eius corpus cristi ad eum deferret.

adhuc eo longe trãseunte in hec orationis verba lacrimose prorupit dicens

O Domine quis ego sum. vt sim dignus vt intres sub tectum meum. meruit hoc petõr hõ. certe nõ sum dign⁹. Nũquid ego melior sum q̃ omnes prẽs mei. Tu noluisti moysi vno ictu oculi te monstrare. Cur te tantum humilias vt paciaris ad hominem descendere publicanum ⁊ peccatorem. et non solum cũ eo vis manducare ß etiã te ab eo iubes mãducari

Et cũ ꝓpe esset sacerdos fratrib⁹ ei auxiliantibus erigens ⁊ flexis genibus magnis lacrimis et suspiriis dixit.

O es deus me⁹ et dñs me⁹. qui ꝓ me passus es. an forte ali⁹. Certe tu es ille qui cũ deus esses. solus añ oia tempora et sine principio genitus es a patre. (Et post multa) Tu nempe bone ihesu ⁊ pro me crucis tam grande in isto quod cerno presens corpore subisti supplicium.

vt mortem quam meis incurreram flagi-
ciis interimeres. et aias antiquor patrum
quas dudum dyabolica potestas infernali
bus mãsionibus detinebat recuperares. ⁊ to-
tam naturã hũanam que corrucrat ĩ mor-
tem perpetuã. tuo pacifico patri ad vitam
interminabilem tuo quem pfudisti p ipis
sanguine reuocaret. (Et post multa)
Sed quõ pie ihesu cuius est tanta magni-
ficentia vt nulla hoc dicere queat creatura.
quam celi mare et oia que in eius ambitu
cõtinenr̃ capere nõ possunt. Qui idem totus
vbiq; locorũ presens es nec intus inclusus
nec extra exclusus. sed idem in celo ad pris
dexteram omniũ supnorũ beatitudo ⁊ glo
ria. qui tue celsitudinis faciem contemplã-
tur. Idem in terra pugillo ipam cõcludes
Idem in mari ⁊ in abissis ad nutũ regens
⁊ cõseruãs. Idem ĩ inferno potenter domi
nans sub tanta panis breuitate contineris
non partitulariter sed integre ac insepabili
ter. O ineffabilis admiratio. O omniũ no
uitatũ nouitas. oculi in re albedinẽ vident

saporem in te sentit gustus odorem olfact⁹
tactusq; subtilitatē reperit. sed auditus per
fidem cordi repræsentat. Quia totus iheſus
cristus integer sicut ad patris dexteram re
sidēs deus ⁊ homo. Aue panis vite qui de
celo descendisti. dans digne te sumentibus
vitam. Tu panis angelorū. tua visione an
gelos reficis ⁊ glorificas. Tu esca es anime
non corpis. impinguas mentē non ventrē.
Qui in te non impinguatur virtutibus ni
mis eger iacet in flagicijs. Te manducātes
vt condecet in te transmutas. vt tui partici
patione efficiatur deus. nec tamen in illū
trāsmutaris. veluti alia facit corporea esca
Sed ve te indigne sumētibus. certe ad sui
penam ⁊ reatum iterum te crucifigūt. Nō
q; te diiudicet illa masticatio. qm̄ impassi
bilis omnino es ⁊ immortalis. O magnus
et inscrutabile misterium panis accidentia
frangūtur per partes. et tamen in qualibet
particula permanens totus ⁊ integer crist⁹
existit sicut erat antea. O nobile cōuiuium
in quo sub panis ⁊ vini specie totus xp̄s et

homo sumitur. O sacrū peregrinationis
nostre viaticū. quo de hoc nequā seculo p-
uenitur ad celestis iherusalē consortiū. Pa-
tres nostri in deserto manna manducātes
non pueneruīt ad terrā promissionis. Q ui
vero te comederit in tui fortitudine ambu-
labit ad montem dei oreb. O comestio de-
licatissima in qua omnis sapor ⁊ odoris
est suauitas. omne delectamentum omnis
medicationis sustentatio. ⁊ omnis requies
a labore necnō omne qd̄ desiderari potest
Tu certe es vita vitalis. dulcis ⁊ amabilis
atq; iocūda. tu vita es qua viuit omis cre-
atura et sine qua moritur omnis. O doris
tui suauitas egros recreat ⁊ debiles quosq;
tu⁹ sapor salubres ⁊ sanos facit. Tu lux illa
incōprehēsibilis que omnē illūinat homi-
nem venientem in hunc mūdum. Tua mi
domine est omnis potestas. tuum omne re
gnum. ante te curuabitur omne genu. O m-
nia quecunq; vis facis in celo ⁊ in terra in
mari ⁊ in omnibus abissis. tue nihil est qd̄
possit resistere voluntati. Jn te ex te et per

te sunt omnia ⁊ sine te nihil. Eya ergo fide
lis anima gaude ⁊ exulta ne moeris. ac pa
sci his delicijs ne pigriteris. hoc fruaris cō
uiuio in quo non carnes hircorum vt olim
in lege sed saluatoris tui corpus sumenduz
proponitur. O signum dilectionis inopi-
nabile vt idem sit datum ⁊ dator. donator
et ipsum donum. Quam magna dulcedo
tua domine quā abscondisti timētibus te.
et perfecisti eā sperantibus in te. O ferculū
excellētissimū venerandū colendū adora-
dum glorificandū amplectendū oīb⁹ extol
lendū laudib⁹. exaltādū cūctis p̄conijs fir-
miter ī cordis viscerib⁹ retinēdū ⁊ ppetuis
tpib⁹ aīo allligādū. Cecidit hō p lignū cibi
vetidi ad miseriā. p te releuatur ad gloriaz
eternā. Tu certe et in eruditis habitas cogi
tationibus. tu misertrimū et arrogantē de-
testaris diuitē. dimittēs eū inanū ⁊ vacuū.
ac de te famelicū. Tu pauperem iustū piū
et humilem oībus imples diuicijs. tue do-
mus vbertate sacias. In te et per te est re-
ctum iudicium et equitas. Tecū prudentia

et fortitudo ⁊ omnis victoria. Per te sancti
regnant in celestibus. per te doctores p̃dicant. per te iustus contra hostes viriliter dimicat. Tu supbum potentem deponis exaltando humilem. tecum sunt omnes diuicie. te diligentes diligis. qui ad te puro corde vigilant te inueniunt. qm̃ cum simplicibus ⁊ rectis corde gradieris. Tu solus ante omne principiũ. oim̃ eras et finis et principiũ. Tu solus sine tpe eternaliter a deo pre genitus. O q̃ beati qui te diligũt. qui aliud q̃ te non desiderant. qui de te assidue cogitant. qui te digne comedũt. qui tecum manentes vias tuas assidue custodiũt. Certe qui te inueniũt vitã inueniũt. et hauriũt salutem intermiabilem. O esca mirabilis et stupenda. delectabilis ac iocũda. tutissima ac pre omnibus optanda. in quo sunt tot innouata signa. et mirabilia immutata. in qua omne habem⁹ delectamentũ. ⁊ ad omniũ graciarum proficimus incrementum. O q̃ singularis ⁊ inaudita tui liberalitas. q̃ suphabundantissima ac ꝓdiga largitas

vt tui neminem exortē facias nisi ad te ve-
nire contempnat. Si quis ergo paruulus
est securus ad te veniat ⁊ te comedens fiat
magnus. ⁊ relinquēs semitas infantie per
vias ambulabit prudentie. Si quis debi-
lis est ad te declinet et subito fiet fortis. si
quis infirmus sanabitur. Si quis mortu-
us est si te adire voluerit vitam intermina
bilem apprehendet. Sz si quis magnus est
et fortis nec hic te desinat nam semper ha-
bundanter inueniet in te quo pascatur. Ne-
mo quippe sine te viuere potest vel ad mo
mentum. tu solus vitam das omnibus cre
aturis. Idcirco deficit cor meū ⁊ caro mea
deus cordis mei ⁊ pars mea deus in secula
In te solum delectatur cor meum. in te ex-
ultat anima mea. tibi solum cupit adhere-
re anima mea. quoniam qui elongant se a
te peribunt. Tu autem ne longe facias aux-
ilium tuum a me sed tuam ad me inclina
aurem misericordie. Te edat pauper et in-
ops vt sacietur. et tunc cor viuēs laudabit
te. O lux inuisibilis inextinguibilis et oīa

vere illuminans.ceco huic secus viam mi/
serere mei filii dauid clamãti visum tribue
quo te videat. Propicius esto queso domi
ne peccatori vt sis mihi in adiutorium ⁊ in
locum refugij vt saluum me facias. Et tũc
si ambulem in medio vmbre mortis nõ ti/
mebo mala quoniam tu mecum es. Mor/
tuus en pie ihesu iaceo exurge resuscita me
et confitebor tibi. Eger ⁊ infirmus sum cui
nulla est in carne sanitas medicus es sana
me. Nudus affligor frigore. diues es indue
me. Fame in hac solitudine pereo. cibus es
sacia me. Sicio. salubre poculum es pota
me. Infixus sum in limo profundi et non
est substantia. Veni in altitudinem maris
et tẽpestas dimersit me. Laboraui clamãs
rauce facte sunt fauces mee. Jam intrauerunt
aque vsq̃ ad animam meam. Educ
me de laqueo isto. protector meus. guber/
nator meus. firmamentum ⁊ refugium me
um. dux meus. rex meus et deus meus. In
tuis commẽdo spiritum meum manibus.
quem in crucis stipite redemisti. cui vitam

et misericordiam tribuisti. Respice domi-
ne humilitatem meam. nec concludas me
in manus inimici. Hodie tecum ingrediar
in locum tabernaculi admirabilis. vt inha
bitem in domo tua in longitudine dierum
in seculum seculi Amen.

Quibus finitis. sumpto corporis dominici
sacramēto cānticum Simeonis canendo.
videlicet. Nunc dimittis seruum tuum do
mine. ⁊ cetera. vsq; ad finem. Cum luce mi
rabili et odore mirifico ad dominum mi-
grauit. Cuius precibus et meritis custodi-
at et protegat nos dominus noster ihesus
cristus cuius amore flagrauit et gracia per
uenit ad regna sanctissimus pater Jeromi-
muset doctor gloriosis.

Impressum per Fridericum Creußner de
Nürnberga. Anno dñi Millesimo quadri
gentesimo octuagesimo octauo

Bertolucci, Domenican

Incun.
1489
B4
Rosenwald
Coll.

n16

C
B
C

GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart
inches
centimeters
D50 Illuminant, 2 degree observer
Density
Golden Thread
Colors by Munsell Color Services Lab